

*Nikolaus V. an NvK. Er verwirft die Appellation der Äbtissin und des Konvents von Sonnenburg und beantragt ihn mit der Vollendung der Reform des Klosters Sonnenburg. Falls sich die Äbtissin nicht doch noch zur Reform bereit zeige, solle er sie absetzen und bis zur Ernennung einer neuen Äbtissin die Dechantin Afra als Verweserin einsetzen.<sup>1)</sup>*

*Or., Perg. (Bulle an Hanschbür): BOZEN, StaA, U 683 (Lade 19 Nr. 12 B).*

*Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 430 f. 180<sup>r</sup>-181<sup>r</sup>; INNSBRUCK, TLA, Cod. 2336 p. 188-190; (Insert in Nr. 4330 von 1455 April 30): BOZEN, StaA, U 686 (Lade 19 Nr. 12 G); (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 187f.; ebd. Ms. E 14 p. 70-72.*

*Deutsche Übersetzung (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Cod. 2336 p. 188-190.*

*Regest: Jäger, Regesten II 158; Abert/Deeters, RG VT 448 Nr. 4407.*

*Erw.: Jäger, Streit I 129; Vansteenberghe 148 Anm. 4; Vansteenberghe, Autour 154 Anm. 1; Spahr, Frauenstift Sonnenburg, CGS 319; Schedario Baumgarten IV 67 Nr. 7483; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 179; Hallauer, NvK und die Visitation 83 (ND 2002, 242); Riedel-Spangenberger, Ne confusio fiat 374; Baum, in: Germania Benedictina III 3, 648.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali salutem et apostolicam benedictionem.

Ut monasteria et loca religiosarum personarum in spiritualibus refloreat et optate felicitatis dirigantur eventu, libenter prout ex officio ab altissimo nobis commisso tenemur partes nostre sollicitudinis adhībemus. Cum itaque sicut ex fidei dignorum relatione didicimus, tu, qui, dum in Alemanie partibus legationis fungereris officio, diversa in tua diocesi monasteria diversorum ordinum visitare et in illis, que regulari observantie officiosa forent, reformare ceperas et huiusmodi legatione cessante a nobis recepisti in mandatis<sup>2)</sup>, ut omnia, que circa visitationis officium et reformationem huiusmodi tempore legationis eiusdem inexpleta remanserant, easdem visitationem et reformationem auctoritate nostra continuando ad votivum deducere curares effectum; concessis etiam per nos tibi dictis monasteriis presidentes a suis dignitatibus deponendi seu ab administrationibus suspendendi et eisdem monasteriis ydoneas et utiles personas preficiendi seu eorum administrationem huiusmodi aliis perpetuo vel ad tempus committendi, prout id monasteriis ipsis prospiceret esse profuturum.

Monasterium monialium in Sonnenburg ordinis sancti Benedicti per ydoneos ad hoc a te deputatos et in hiis, que ad regulares spectant disciplinam et observantiam, expertos viros visitari feceris.<sup>3)</sup> Et cum dilecte in Christo filie Verena abbatissa et moniales ipsius monasterii levitatibus et dissolutionibus dedita forent, et in ipso monasterio observantia et disciplina huiusmodi penitus cessassent, licet plures eisdem abbatisse et monialibus mandaveris, ut reformationem subirent deformitatum, que in eodem monasterio irrepserant salutarem, tandem tamen, cum tu ad huiusmodi reformationem procederes, dicta abbatissa, que illi pre ceteris maiori se temeritati opponens et nullam hactenus in ipso monasterio clausuram tenens, deformitatibus et dissolutionibus huiusmodi, ut plurimum causam prestitit, ex ipsa reformatione se gravari pretendens ad sedem predictam appellaverit<sup>4)</sup> per hoc huiusmodi reformationis fructum querens nequiter impedi.

Nos, quos eximia virtutum et sinceritatis opera, quibus rerum edocente experientia te semper intentum cognovimus, certos reddunt in domino, quod in hiis nil aliud facturus sis quam quod caritatis et rationis exquirit debitum et in salutem tendat animarum. Volentes quod huiusmodi per te ceptum reformationis negotium felici et salubri prosequaris effectu, necnon appellationem huiusmodi frivolam et animarum saluti dispendiosam reputantes illamque auctoritate apostolica presentium serie reicientes et ipsam abbatissam super ea nullatenus audiendum fore decernentes ac non minus cum eadem abbatissa micius agentes, circumspectioni tue dicta auctoritate per hec scripta committimus et mandamus, quatinus, nisi dicta abbatissa se reformationi per te faciente huiusmodi sponte submiserit et eam efficaciter se servaturam sub debitis per te ad hoc adiciendis cautelis obliget et promittet infra certum a te statuendum terminum eam regimine et administratione dicti monasterii et sua abbatissiali dignitate eadem auctoritate nostra prives et amoveas realiter ab eadem aliamque personam utilem et ydoneam eidem monasterio preficias in abbatissam; necnon regimen et administrationem huiusmodi dilecte in Christo filie Affre<sup>5)</sup> decanisse eiusdem monasterii, que, ut accepimus, regulari afficitur observantie, donec ipsi monasterio de abbatissa iuxta cor tuum utili et ydonea provideris gerenda comittas ac ad ulteriora in

huiusmodi reformationis negotio iuxta traditam tibi a deo prudentiam tam predicta quam aliis quibus-  
cumque ex quacumque causa vel occasione interpositis forsan vel interponendis appellationibus prorsus  
et omnino etiam per te reiectis et contra quoscumque quacumque dignitate predictos huiusmodi 40  
sanctum opus reformationis quoquomodo impedientes seu turbantes et ipsis abbatisse seu monialibus in  
suis perversitatibus auxilium, consilium vel favorem prestantes aut ipsis, ne reformationem per te  
faciendam acceptent et obseruent, adherentes per censuras ecclesiasticas appellatione cessante procedas  
ac facias omnia et singula, que circa reformationem huiusmodi statuenda et ordinanda decreveris per  
censuras huiusmodi et aliis, de [quibus tibi] videbitur, penis firmiter observari, non obstantibus statutis et 45  
consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel alia quavis  
firmitate roboratis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quin-  
quagesimo quarto, quartodecimo kalendas novembris, pontificatus nostri anno octavo.

Gratis pro persona d. cardinalis. 50  
Servatius.

---

45 quibus tibi: *Loch im Pergament des Or., nach den Kopien ergänzt.*

<sup>1)</sup> Die Bulle wurde von Engelbert Daun, Kanzler des Eb. Dietrich von Köln, überbracht; s.u. Nr. 4164 Z. 61f. (1454 Dezember 3).

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 3417.

<sup>3)</sup> Nämlich zuletzt Ende November 1453 durch Tegernseer Mönche. S.o. Nr. 3739.

<sup>4)</sup> S.o. Nr. 4093.

<sup>5)</sup> Afra von Velseck, Dechantin von Sonnenburg.